



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque
humanae uitae specu//la**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1540

Quod sacerdotes debent esse sine maculas. Cap. II.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

inſte trucidati: Sic iſtorum facta poſt mortem corpo-
 ris erunt nota, & ipſi pro demeritis puniti poena per-
 petua ab illo qui angelis peccantibus nō pepercit, ſed
 rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in 2. Petri 2.
 iudicium cruciandos reſeruari. Non ſic boni ſacerdo-
 tes, quibus dicitur per Eſaiam: Vos ſancti domini uo-
 cabimini miniſtri dei noſtri: quia Matth. 4. Ecce ange-
 li acceſſerunt & miniſtrabant ei.

Daniel. 14.

2. Petri 2.
 Eſaiæ 61.

*Quod ſacerdotes debent eſſe
 ſine macula.*

CAP. II.

Leuitici 21. capite ſcribitur ſic: Sacerdos qui ha-
 buerit maculam, non offeret panes deo ſuo, nec
 accedet ad miniſteriū eius. Sapientia enim, quæ
 eſt filius dei, cum ſit ſpecioſior ſole, mūdum requirit
 hoſpitiū. Refert Gre. Nazian. quod cum ipſe iuuenis
 ſtuderet Athenis, apparuerunt ei in uiſione duæ pul-
 chra puella, & accedentes propius ruerūt in eius am-
 plexus, ipſe uero utpote caſtus erubuit & admiratus
 non modicum, ait, Quæ nam eſtis uos? Nos, inquiunt,
 ſumus duæ puella tibi admodum familiares & dile-
 ctæ. Ego enim ſum caſtitas, ait una, & ego ſapientia,
 ſubiungit altera: Et uenimus ad te uolentes tecum, o
 caſtiſſime iuuenis, habitare: quia tu nobis in corde &
 corpore tuo ſanctū habitaculum preparaſti. Sapientia
 enim in animas ſanctas ſe transfert, & immundū ha-
 bitaculū deteſtatur. In cuius rei figura legitur in Exo-
 do: Quod Moyses filiſ Israel recepturis legē præcepit
 ut ueſtimēta lauant, & a mulieribus abſtinerent. Cū
 enim teſte Pfalmiſta, lex domini ſit immaculata, &
 eloquia domini caſta, diuina ſapientia immaculatū &
 caſtum

Sapientia 7

Exod. 21.

S P E C U L U M

castum requirit discipulum, quod si aliquoties con-
tingat discipulum illum qui prætendit castitatem, in
huius mundi illecebras & immundicias incidere, re-
gius uates nullum deseretis inconsolatum ita mate-
riam suam prosequitur: Lex est etiam conuertens ani-
mas. Iam spurcitia feceratis, propter gratiã quæ ante
talium hominum conscientiam continuo pulsatur, qui
scilicet legi diuinæ animo spontaneo se subdunt, qua
propter sequitur testimonium quod dominus deus
permittit suã legẽ seruãtibz est fidele in nullo defra-
dãs hoïem in ipsũ cõfidentẽ, sapientiã præstãt par-
uulis. i. illis, hominibus & si credãt dei sui uerbis sepi-
tũ ipsius mãdata trãsgrediunt, parua ob id in deo mer-
cedẽ operũ suorũ hñtes fiduriã, quocirca uere talis d
Dauidẽ paruuli nominantur, q̃ in rem sequit iustitiẽ
dñi recte letificãtes corda, & huiusmodi paruulorũ &
etiã aliorũ hoïm secũdũ oẽs dei uias p̃cederũt, idcirco
dñi quæ sunt eius diuinissima & sanctissima iustitiẽ
sacramenta, quæ ex acerbissima crucis morte suã tra-
xere originẽ, mortalium præsertim paruulorum cor-
da uere letificant: Quoniam quidem illis debito ritu
susceptis, securus fit homo se in gratiam dei colloca-
tum. Præceptum domini lucidum, siquidem clarum
est nobis quid uniuersorum gubernator impleri iu-
beat, illuminans oculos supple hominis interioris,
seu illustrans mentium oculos, ut dignoscat homo
se in dei amicitia constitutum, timor etentim domini
sanctus per quem ad illam deuenitur oculorum inte-
riorũ illũinationẽ permanẽs in seculũ seculi, merito
idcirco timor ille filialis ab hominibus est amplecten-
dus, per quem castum acquiritur cor quod quemuis
Christianũ præcipue sacerdotem habere decet, qua-
propter grauissime & enormiter peccat ille cuius p̃pitiũ
est

est corpus habere mundum & castum & immisceat
 se ueneræ uoluptati. Ideoque Hugo de sancto Victo-
 re in didascalicon ait: Inlaudabilis est sapientia, quam
 uita maculat impudica. In cuius figura scribitur pri-
 mo regum, quod Achimelech sacerdos antequam pa-
 nes propositionis daret Dauid & pueris eius, quæ fuit
 an mundi essent pueri, saltem a mulieribus. In quo my-
 stice datur intelligi, quod qui desiderat à summo
 sacerdote Christo pane sapientiæ & intellectus ciba-
 ri, studere debeat castitati. Vñ & August. narrat pue-
 rum quendam de Geometria interrogatum, respon-
 disse tanquã illius peritissimus disciplinæ. In septimo
 quoq; de ciuitate dei dicit, quod Socrates inter philo-
 sophos primus philosophiã conuertit ad mores, cum
 omnes ante illũ magis naturalibus intenderint. Hoc
 autẽ ideo fecit Socrates, teste Augustino, ut deprimen-
 tibus libidinibus, exoneratus animus, ad noticiam dẽ
 uinorũ ascendere posset, ubi tanquã in puro fonte om-
 niũ rerũ causas inspiceret. Vnde sicut oculus corpora-
 lis clare uidere nõ potest si fuerit lippus, uel sordibus
 pulueris plenus: ita ad hoc quod oculus cordis spiri-
 tualis sincere diuinam sapientiã contẽpletur, oportet
 ut ab humore carnalis concupiscentiæ depuretur. Vñ
 de Hieronymus epistola septuagesima ad Rusticũ mo-
 nachum: Ama, inquit scientiã scripturarum, & carnis
 uicia non amabis. Item potest esse dubium utrũ cæ-
 teris paribus pl^o peccet uir adulterando quã sacerdos
 in fornicando. Et dico pro nunc, quod cæteris pari-
 bus sacerdos plus peccat. Ratio est, quia sacerdos uo-
 uit sollemniter continere ab omni muliere, & totaliter
 se deo dedicauit: uir uero uxoratus iurauit fidelitatẽ
 mulieri, sacerdos autẽ ecclesiæ sacrosanctę. Iã maior
 est ecclesia quam una mulier uni uiro iuncta, & ideo

SPECVLVM

Agust.

canon loquitur de uouentibus castitatē & postea con-
trahentibus. Simile habetur de clericis fornicarijs di-
stinct. trigesima secunda, ca. Eos. Sed istis omissis acci-
pio media planiora, quia sicut grauius peccat moni-
alis fornicando quam uxor adulterando, sicut dicit
sanctus Augusti. de sancta uirginitate lōge ante medi-
um. Sed grauius peccat sacerdos fornicando quā mo-
nialis uel religiosus quicumq; in sacris ordinibus non
constitutus, ergo grauius peccat quā adulter uel adul-
tera, quia si grauius peccat quam adultera grati-
us peccat quam adulter, sicut in prima dubitatione
dictum est. Vnde uidetur mihi, quod sacerdos est
magis obligatus ad castitatem quam monachus, in
quatum talis, scilicet quod non sit in sacris ordinibus
constitutus, & pari ratione magis quam sanctimonia-
lis, uel quacumq; religiosa, in quantum religiosa.

Quod ministri ecclesie debent esse casti CAP. III

Rom. 8.

MINISTRI ecclesie debent esse casti prop-
ter plures rationes. Primo, quia ipsi debent
deum placare. Ecclesiastici quadragesimo quarto. In
tempore iracundie factus est reconciliatio. Placare uero
non possunt, nisi placeant. Placere autem non possunt
si carnaliter uiuant. Qui enim in carne sunt, inquit A-
postolus, placere deo nō possunt. Bernardus. Vā filijs
irā, qui nondum sunt reconciliati, Reconciliatiōnis
alienae negotium, quasi gens quae iusticiam fecit, ap-
prehendunt. Secundo quia ipsi sunt loco dei, ideo ipsi
uiuere debent ut deus, scilicet spiritualiter, non car-
na